

patrem, quia per ipsum deus pater revelatus est patribus. Secundum respicit filium, quia per ipsum patriarcharum filiis, hoc est nobis, innotuit Christus.

25 Sane spiritus sanctus, qui tertia est sancte<sup>b</sup> trinitatis<sup>c</sup> persona, ita miro modo datus est apostolis die pasche, ut tamen sibi adhuc esse dandum sperarent, illa utique ratione misterii, qua dies pentecostes novissime diem sollempnitatis designat<sup>d</sup>. Ut enim proferamus breviter, que non brevi sunt pro sua dignitate coartanda sermone<sup>e</sup>: quod ita datus est die pasche<sup>f</sup>, quod<sup>g</sup>

30 nec oculis cerneretur aliquid nec virtus eius maxima, ut postea factum<sup>h</sup> est, sentiretur, die vero pentecostes lingue ignee cernerentur oculis, sonus auribus perciperetur<sup>i</sup>, virtus quoque maxima amoris et sapientie sentiretur, nichil profecto aliud, quam quod fide et spe tenemus, designat. Nam quid aliud retinet fides nostra, quam ut credamus baptizatos in Christo mortifi-

35 catos esse peccato, resuscitados<sup>j</sup> iustitie in forma passionis et resurrectionis dominice darique<sup>k</sup> spiritum sanctum omnibus catholice baptizatis? Recipimus ergo nunc spiritum sanctum per manus<sup>l</sup> impositionem<sup>k</sup> eorum, qui receperunt in apostolis in die pasche, in remissionem peccatorum<sup>l</sup>, in futuro autem<sup>m</sup> illum ad gloriam et felicitatem secundum<sup>n</sup> munerum<sup>n</sup> suorum plenitudinem virtutemque speramus. At preteriti testamenti<sup>o</sup> opera litterales nobis historie viva voce commendat<sup>p</sup>, nimirum ut radix nostre fidei solido fundamento consistat; gesta vero novi testamenti adhuc futura erant, quando Christus venit in mundum, et quia historice necdum<sup>q</sup> scribi poterant<sup>q</sup>, in libro<sup>r</sup> apocalipsis verbis sunt prophetice coartata, ut disceret<sup>s</sup> iu-

40 venilis etas volando sibi cum hirundine<sup>t</sup> escam accipere spiritualem et iamiam<sup>u</sup> verba historica sapientia carnem, acsi<sup>v</sup> morticinum, confutare. Sane in futuro<sup>w</sup> non solum<sup>w</sup> verba historica, et que terram<sup>x</sup> sapere videntur, deficient, verum etiam et verba mistica, que per<sup>y</sup> figuras et enigmata prudentibus ingeruntur, cessabunt, quia non iam per figuras aliquas, sed<sup>z</sup>

b) fehlt B; in E. c) trinitate E. d) demonstrat B. Hiermit (-signat) beginnt der Textzeuge D. e) folgt dicimus D. f) ut E. g) factus C. h) folgt esse A C; resuscitadosque D. i) datumque DE. k) manum impositionis DE. l) fehlt BDE. m) servi B. n) numerum DE; donorum AC. o) temporis B. p) commendat B. q-q) scribi non poterat B. r) libri D (E unleserlich). s) fehlt B. t) fehlt B; et iam D. u) velud D. v) futurum D. w) tantum AC. x) fehlt C; carnem et terram B. y) fehlt B. z) fehlt C.

7) vgl. 2. Esdr. 8,18.

8) vgl. Iob. 20,22f.

9) vgl. Act. 2,2-6.

10) vgl. Iob. 20,23.

11) vgl. Ier. 8,7.